



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Quæstiones, Qvæ Dispvatæ Dicvntvr, & Quæstiones  
Quodlibetales, siue Placitorum eiusdem S. Thomæ

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

Vtrum vnus angelus alium illumina[n]do eum purget.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72780](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72780)



vt p̄ eos inferiores illuminentur, dignitati eorum derogaretur, si quis; præter eos illuminarentur. Sedo quæ ratio aliqua sunt Deo, q̄ est summe Imobilis, p̄p̄nquiora, tanto debent esse immobiliora, unde corpora inferiora, quæ maxime à Deo distant, quandoque deficientia cursu naturali: corpora uero celestia semper naturalem motum seruant. Vnde non v̄t esse rationabile, ut ordo celestium spirituum, qui sunt Deo propinquissimi, aliqui immutetur. Tertio, quia in reb. quæ pertinent ad statum nature, non fit aliqua immutatio diuina uirtute, nisi p̄p̄ aliquid melius, s. poter aliquid, quod prius ad gratiã, vel gloria, sed statum gloriæ in quo ordines angelorum distinguuntur, nullus est alior status, unde non uidetur rationabile ut ea, quæ ad ordines angelorum spectant, aliquando immutentur.

AD PRIMVM ergo dicendum, q̄ & de gratia, & de illuminatione dat Deus angelis secundum eorum capacitatem, differenter tamen; q̄a gra, q̄ ad effectum pertinet immediate a Deo omnib. datur, eo quod in uoluntatibus eorum nõ est ordo, ut unus in alium imprimere possit, sed illuminatio descendit a Deo in ultimos per primos & medios.

AD II. Dicendum, quod Dion. 13. cap. Cælest. Hierar. dupliciter soluit. vno modo quod ille angelus qui ad purgandum prophete labia missus est, cum de inferioribus fuerit, æquiuoce tamen Seraphin dictus est, eo quod incendendo purgauit calculo scilicet ignito, quem forcipe tulerat de altari, dicitur Seraphin quasi ardens vel incendens. Alio modo sic, dicitur, quod ille angelus inferioris ordinis, quia labia prophete purgauit, non intēdebat reducere in seipsum, sed in Deum, & in superiorē angelum: quia utriusque uirtute agebat, unde ostēdit ei Deum & superiorē angelum: sicut etiam Episcopus dicitur absoluerē aliquem, quādo sacerdos auctoritate eius absoluit. Et sic non oportet quod Seraphin æquiuoce dicatur, neque quod Seraphi prophetam purgauerit immediate.

AD TERTIUM Dicendum, quod cursus naturalis habet aliquem statum nobiliorem propter quē dignum est ut quandoque immutetur: sed statu gloriæ nihil est nobilius, & ideo non est simile.

AD IIII. Dicendum, q̄ nõ est ex impotentia Dei, vel superiorū angelorū quod inferiores mediārib. medijs a Deo, & primis angelis illuminantur, sed est ad hoc, ut seruetur dignitas & perfectio oīum, quod est dum plures in eodem, Deo cooperantur.

ARTICVLVS III.

*Utrum Angelus alium illuminando eum purget.*

**T**ERTIO queritur, utrum unus angelus alium illuminando eum purget. Et uidetur quod non. Purgatio enim est ab impuritate: sed in angelis non est aliqua impuritas, ergo unus alium purgare nõ est. Sed dicendum, quod purgatio illa non intelligitur a peccato, sed ab ignorantia siue nescientia.

¶ Sed contra. Cum illa ignorantia non possit esse in beatis angelis ex peccato, quia in eis nullum fuit, non erit nisi ex natura, sed quæ sunt naturalia, non remouentur natura manēte, ergo angelus ab ignorantia purgari non potest.

¶ Præter. Illuminatio tenebras pellit, in angelis autem non possunt intelligi alie tenebræ nisi ignorantia uel nescientia: si ergo per purgationem nescientia remouetur, purgatio & illuminatio idem erunt, nec debent distinguī. sed dicendum, quod illuminatio respicit terminum a quo, purgatio uero terminum a quo.

¶ Sed contra. In nullo medio ē iuenire terminū p̄-

ter terminum a quo & terminum ad quē. si ergo istæ duæ actiones Hierar. distinguuntur per ceteros terminos a quo & ad quem, non erit ponere tertiam actionem quod est contra Dionysium, qui tertio loco ponit perfectionem.

¶ Præter. Quamdiu est aliquid in statu p̄ficiendi, nõ est perfectum: sed cognitio angelorū alio modo scit utque ad diem iudicii ut magister dicit 12. Sententiarum. ergo nunc unus alium perficere nõ potest.

¶ Præter. Sicut illuminatio est causa purgationis, est perfectio: sed causa est prior causato, ergo sicut illuminatio præcedit perfectionem: ita præcedit purgationem, si purgatio sit a nescientia.

Sed contra est, quod Dion. hinc actiones hoc modo distinguit, & ordinat 3. c. Cælest. Hierar. dicit quod ordo Hierar. est hos quidem purgari, illos uero purgare: hos illuminari, illos uero illuminare: hos quidem perfici, illos autem perficere.

RESPON. Dicendum, q̄ istæ tres actiones in angelis non nisi ad acceptionem cognitionis pertinent, ut dicit Dio. 7. c. Cælest. Hierar. q̄ purgatio & perfectio & illuminatio est diuina scientia aliam p̄ticipio distinctio uero eorum hoc modo accipienda est. In qualibet n. generatione uel mutatione, est duos terminos inueniētes, s. terminum a quo & terminum ad quem: uterque autē diuersimode inuenitur in diuersis. In quibusdam n. terminus a quo est aliquid contrarium perfectioni acquirēde, sicut nigredo est contraria albedini, que per dealbationem acquiruntur. Quandoque uero perfectio acquirēda, non habet contrarium directè sed procedunt in subiecto dispositiones, que sunt contrarie dispositionibus ordinantibus ad perfectionem inducendam: sicut in corporis animatione. Quæ uero nihil præsupponitur, nisi priuatione negatio introducēde formæ, sicut in aere illuminando præcedunt tenebræ, que per lucis presentiam remouentur. Similiter est terminus ad quem quandoque est unus t̄m, ut in dealbatione terminus ad quem est albedo, quæque uero sunt duo termini ad quem, quorum unus ad statum ordinatur, sicut patet in alteratione elementorum, cuius terminus unus est dispositio, quæ est necessitas: alius autem ipsa forma substantialis. In acceptione igitur cognitionis quantum ad terminum a quo, inuenitur prædicta diuersitas: quia quandoque in accipiente sciam præexistit error contrarius scientiæ acquirēde, quæque uero dispositiones contrariæ: sicut impuritas carnis, aut immoderata occupatio circa res seculares uel aliquid aliud: quandoque uero præexistit in alio modo cognitionis priuatio, uel negatio scientiam in cognitione de die in die p̄ficiamus, & sic modo est accipere terminum a quo in Angelis. et parte aut terminum ad quem est iuenire in acceptione cognitionis duos terminos, primus est id, quo intellectus perficitur ad aliquid cognoscendum, sicut forma intelligibilis, aut lumē intelligibile, quodcumque cognitionis medium. Secundus aut terminus est ipsa cognitio, q̄ exinde procedit, que est terminus in acceptione cognitionis. Sic igitur purgatio est in angelis per remotionem nescientie. Vñ dicit Dio. 7. c. Cælest. Hierar. q̄ diuine sciētiæ aliam p̄ticipio est purgatio ignorantia. Illuminatio uero est p̄ primū terminum ad quē, unde dicit ibidem q̄ illuminantur angeli in quantum eis aliquid manifestat per alterum terminum: sed perfectio est quantum ad ipsū terminum ultimum. vñ dicit q̄ perfectio est quantum ad ipsū terminum ultimum. Et hoc modo intelligit differētiam illuminationis & perfectio, sicut formatio uisus p̄ p̄ficiendum.

c. 13. Hierar.

i. p. q. 106. a.



...sibilis & cognitio ipsius visibilis. & secundum hoc Dion. in Eccle. Hierar. c. 5. dicit, quod ordo diaconorum est ad purgandum institutus, sacerdotum ad illuminandum, Episcoporum ad perficiendum. quia. s. dyaconi habebant officium super Cathecuminos & energuminos, in quibus sunt dispositiones contrariae illuminationi, quae eorum ministerio remouentur. sacerdotum autem officium est populo sacramenta communicare, & ostendere, quae sunt quasi quaedam media, quibus deducimur in diuina. Episcoporum autem officium est populo aperire spiritalia, quae erant in sacramentorum significatione uelata.

Ad PRIMVM ergo dicendum, quod sicut dicit Dion. 7. c. Eccle. Hier. purgatio in angelis non est intelligenda ab aliqua impuritate, sed solummodo a nescientia.

Ad SECUNDVM dicendum, quod aliqua negatio, uel defectus dicitur esse ex natura dupliciter. Vno modo, quasi sit natura debita talis negationem habere, sicut non habere rationem est natura debita, & homo naturalis defectus numquam remouetur tali natura remanente. Alio modo, quod non est natura debita, talis perfectionem habere, dicitur esse negatio ex natura, & precipue quia natura facultas non sufficit ad hominem perfectionem acquirendam, & talis naturalis defectus tollitur sicut de ignorantia quam pueri habent, & de defectu gloriae qui a nobis tollitur per gloriae collationem, & similiter etiam ab angelis nescientia aufertur.

Ad TERTIVM dicendum, quod illuminatio & purgatio se habet in acquisitione scientiae angelicae, sicut generatio & corruptio in acquisitione formae naturalis, quae quidem sunt unum subiecto: differunt autem ratione.

Ad QUARTVM patet responsio ex dictis.

Ad QUINTVM dicendum, quod perfectio non accipitur in proposito respectu totius cognitionis angelicae: sed respectu unius cognitionis tantum, quae perficitur dum in cognitionem alicuius rei perficitur.

Ad SEXTVM dicendum, quod sicut forma est quoddammodo causa materiae in quantum datur ei esse actus, quodam uero modo materia est causa formae, in quantum sustentat ipsam: ita etiam quoddammodo ea quae sunt ex parte formae sunt priora his quae sunt ex parte materiae, quaedam uero e conuerso. & quia priuatio se tenet ex parte materiae, ideo remotio priuationis est prior introductione formae naturaliter secundum ordinem, quo materia est prior forma, qui dicitur ordo generationis: sed introductio formae est prior illo ordine quo forma est prior materiae, qui est ordo perfectionis, & eadem ratio est de ordine illuminationis & perfectionis.

ARTICVLVS IIII.

Primum unus angelus alij loquatur.

QVARTO queritur, utrum vnus angelus alij loquatur. & videtur quod non. quia, ut dicit Greg. in Mora. 18. & super illud Iob 28. Non adequabitur ei aurum uel uitrum, tunc erit vnus conspicibilis alteri, sicut nunc est unusquisque sibi: sed nunc non oportet quod aliquis sibi loquatur ad hoc, quod conceptum suum cognoscat. ergo nec in patria erit necessarium, ut vnus alteri loquatur ad suum conceptum demonstrandum. ergo nec in angelis, qui sunt beati necessaria est locutio.

¶ 2 Præter. Greg. ibidem dicit. Cum vnusquisque uult attenditur, simul & conscientia penetratur. ergo non requiritur ibi locutio ad hoc, quod vnus alterius conceptum sciat.

¶ 3 Præter. Maximus in com. super Eccle. Hier. 2. c. sic dicit de angelis loquens. In incorporalitate consistentes,

A & in alterutrum accedentes & discedentes, omni sermone expressius alterutrorum sensus speculantes, quodammodo mutuo disputant per silentium uerbi edicantes alterutris: sed silentium locutioni opponitur. ergo angeli cognoscunt inuicem sensus suos sine locutione.

¶ 4 Præter. Omnis locutio est per aliquod signum: sed signum non est nisi in sensibilibus: quia signum est præter speciem quam ingerit sensibus &c. ut habetur 1. dist. 4. sentent. ergo cum angeli non accipiant scientiam a sensibilibus non accipient cognitionem per aliqua signa, & ita nec per locutionem.

¶ 5 Præter. Signum videtur esse id, quod est notius quo ad nos, minus autem notum secundum naturam, & secundum hoc distinguitur Com. in princ. libi. Phis. demonstrationem signi contra demonstrationem simplicem, quae est demonstratio propter quod: sed angelus non accipit cognitionem ex his quae sunt posteriora in natura. ergo nec per signum, & ita non per locutionem.

¶ 6 Præter. In omni locutione oportet esse aliquid, quod excitet audientem ad attendendum uerbis loquentis: quod apud nos est ipsa uox loquentis: hoc autem non potest poni in angelo. ergo nec locutio.

¶ 7 Præter. Ut Plato dicit, sermo ad hoc datus est nobis, ut cognoscamus uoluntatis indicia: sed vnus angelus cognoscit indicia uoluntatis alterius angeli per seipsum quia sunt spiritalia & omnia spiritalia ab angelo eadem cognitione cognoscuntur. unde cum angelus per seipsum spiritali naturam alterius angeli cognoscat, per seipsum cognoscat uoluntatem ipsius. & ita non indigent aliqua locutione.

¶ 8 Præter. Formae intellectus angelici ordinatur ad cognitionem rerum, sicut rationes rerum in Deo ad earum productionem, cum sint similes eis: sed per rationes ideales producitur res & quicquid est in re uel intus uel extra. ergo & angelus per formas intellectus sui cognoscit angelum & omne quod est intrinsecum angelo: & ita cognoscit conceptum eius, & sic idem quod prius.

¶ 9 Præter. Locutio in nobis duplex est scilicet interior & exterior, exterior autem in angelis non ponitur, alias oporteret quod uoces formareretur dum vnus alij loqueretur, locutio autem interior non est nisi cogitatio, ut patet per Anselmum & Augustinum: ergo in angelis non potest poni locutio, præter cogitationem.

¶ 10 Præter. Auicenna dicit quod in nobis causa locutionis est multitudo desideriorum, quam constat ex multis defectibus prouenire: quia desiderium est rei non habitae, ut Augustinus dicit. cum ergo in angelis non sit ponere defectuum multitudinem, non erit in eis ponere locutionem.

¶ 11 Præter. Vnus angelus non potest alterius cogitationem cognoscere per essentiam ipsius cogitationis: cum non sit per essentiam intellectui eius præsens. ergo oportet quod per aliquam speciem eam cognoscat: sed angelus per seipsum sufficit ad cognoscendum omnia quae naturaliter sunt in alio angelo per species innatas. ergo eadem ratione per easdem species cognoscit omnia, quae uoluntate fiunt in alio angelo, & ita non uidetur quod in angelis sit ponenda locutio ad hoc, quod conceptus vnus alteri innotescat.

¶ 12 Præter. Nutus & signa non sunt ad auditum, sed ad uisum: locutio autem sit ad auditum: angeli autem conceptus suos mutuo sibi indicant nutibus & signis, ut dicitur 1. Cor. 13. in glo. super illud, si linguis &c. ergo non communicant per locutionem.

Quæst. disp. S. Tho. YY ¶ 13 Præter.

Magister 4. sent. dist. 1. 6.

In proximo. Super libro Phis. amc.

In lib. 13. de est dialogus de scientia inter med. & hunc.

Ansel. in 9. cap. 5. & 26. & Augu. in lib. de Magistro ca. 1. in 8. to. 1.

Gl. ord. ibi.